

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonia
 magnus Dux Lithuania, Russia totiusq[ue]
 Prussia ac Masovia & Dominus et heres.
 Rude in Xto Patri Domino Mauritia Epi-
 scopo Varmieniensi sincerè nobis dilecto.

Rude in Xto Pater Dne sincerè nobis dilecte!

Cum conventus ille qui pro festo diei Stani-
 slai proxime venturi in Prussia agi debuit
 in alium diem extractus est propter Pater-
 nitatis Vestrae et aliorum consiliariorum
 Prussia longiorem moram in conventu pra-
 terito Cracoviensi volumus et mandamus
 ut Paternitas Vestra habitâ intelligentiâ
 cum Dominis Episcopo et Palatinis Pruf-
 sia, celerius et de proximo conventum ge-
 neralem in terris nostris Prussia de more
 fieri solitum ad certum diem et in certo loco
 statuât qui quidem conventus debite omni-
 bus quorum interest per Palatinos emis-
 sis universalibus literis publicetur, ad illum
 què ipsemet Paternitas vestra vadat con-
 sultura in eodem conventu unâ cum alijs
 statibus illarum terrarum de his rebus,
 quæ per nuntium nostrum ad hoc speciali-
 ter designatum significabimus, et in li-
 teris nuper universalibus editis paucis
 perstrinximus, quas etiam Paternitati ve-
 stra cum presentibus mittimus pro illius

pro illius meliori informatione. Datum
Cracoviae feria sexta ante Dominicam
Palmarum proxima, Anno Domini Mil-
lesimo quingentesimo trigesimo Regni
nostri vigesimo quarto.

Commissio propria
Sara Regis Alti.